

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiae &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinae
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput XI. De Consilio Gratiae.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

ut. A. Concedit
ue precedere
oique Deus. B. Disconcedit
ena, quæ infligit
corde Patris
filiorum, sed
emendationibus infligit
Mitis, paternum
Sam. VII, 14. Quo infidelis
tolerabilis H
scopo. Deus quæ
genis iustitiz
exultat. At hoc
christus Joh. XI
Deus visitans
in duratione
t rē vō uap,
in æternum po
mpiorum igni
Illa commu
ie dicuntur.
offet, quare
ertat, quoniam
vator passus
s habet. 1. D
num esse, ut
perferre queat

Hinc docentur filii prudenter vivere. & Patrem
cœlestem in actionibus suis imitandum sibi pro-
ponere. 3. Caro, quæ in iis residua, sapius
spiritui resistit, estque castigationibus Dei hu-
milianda, debilitanda, crucifigenda, mortifi-
canda. Ps. CXIX, 67. 2. Cor. IV, 16. 4. Ca-
stigationes ignis instar, qui scoriam ab auro se-
parat: Producent eximias virtutes, patien-
tiam, experientiam, spem, quæ aliàs laterent,
1. Petr. I, 6. 7. Jac. I, 3. Rom. V, 3-6. Hebr. XII,
11. 5. Redargutio, castigatio est דרך חיים
via vitæ spiritualis, æternæ, Prov. VI, 23. cal-
canda itaque ab iis, quibus vita destinata.



CAPUT XI.

De

CONSILIO GRA- TIÆ.

Σύνοψις.

Homo per pecca- tum in sum- mam miseriam pro- lapsus est. §. I. Deus vero constituit eum ex ea liberare. §. II.	Salvis tamen virtuti- bus suis. §. III. Adeoque non absque satisfactione iusti- tiæ per peccatum lesæ. §. IV.
---	--

Per

Per consequens male-
dictio Legis prius
tollenda, & diuina
adimplendum erat.
§. V.

Hoc præstari non po-
terat ab homine pec-
catore. §. VI.

Itaque alius aliquis
pro homine sponde-
re debebat. §. VII.

Et quidem, qui quo-
que homo, sed san-
ctus, quique simul
Deus. §. VIII.

Quam personam re-
ctissime sumsit filius
Dei. §. IX.

Qui cum Patre &
Spiritu S. de salva-
tione consilium pa-
cis inuit. §. X. XI.

In quo totum genus
humanum corru-
ptum obversabatur.
Quibusdam ingens
gratia destinata. §.
XII.

Aliis minor, eo ta-
men pertingens ut

Deum & officia præ-
standa cognoscere
valeant. §. XIII.

Quique in ultimo ju-
dicio juxta eam ju-
dicandi sunt. §. XIV.

Sed de prioribus consi-
lium pacis concludit
Triunus Deus. XV.

Et Pater quidem cum
Filio pactum inuit.
§. XVI.

In quo stipulatus est
perfectam obedi-
entiam usque ad
mortem. §. XVII.

Et vicissim promisit
assistentiam, acce-
ptationem vicariæ
solutionis, glorifica-
tionem sui atq; pe-
culium. §. XVIII.

Filius verò stipulatio-
ni Paternæ astipu-
latus est. §. XIX.

Unde Sponsor, Media-
tor, Sacerdos, Vi-
ctima audit. §. XX.

Jus dein stipulatione
præ-

præstita
di habere
Electos
dentos
difficat
§. XXII.
Pertinent
hoc gratia
quidam
XXIII.
Qui sem
quos it
des suo
§. XXIV.

§. XXV.

Per p
con
obliterat
felicitatis
obedient
toris hau
net. Sub
cipis mi
spe boni
II. N
creavit,
versatur

*Unde sequitur nego-
tium salutis fœde-
ris x̃iō habere ra-
tione Patris & Filii
sed ratione nostrum
Testamenti. XXVI.*

Solvuntur objectiones.
§. XXVII. XXVIII.

*Tandem notatur con-
venientia & discon-
venientia status ho-
minis sub lege ope-
rum & sub gratia.
§. XXIX.*

*Qui semen Christi,
quos itaque hære-
des suos nominavit.
§. XXIV. XXV.*



§. I.

PER peccatum, de quo ante, homo miser constitutus est. Imago Dei, quæ in eo, obliterata, impotentia ad bonum attracta, spes felicitatis excisa est. Nihilominus legi subiectus obedientiam debet, nam peccatum jus Creatoris haud imminuit & peccator creatura manet. Subditus, qui peccat, delicto à jugo Principis minimè eximitur. Unde fit, ut absque spe boni miseriam suam tantum augeat.

II. *Noluit tamen Deus hominem, quem creavit, perdere, ceu quod fini creationis adversatur, & contrarium clarissime ex experien-*
tia

tia constat. *Aliam itaque viam perducendi eum ad felicitatem inire debebat.*

III. *Hec autem via salvas & illasas tenere debet perfectiones Dei, maxime veracitatem, iustitiam, sanctitatem.* Deus quippe seipsum non abnegat vel permittit ut splendor virtutum imminuatur.

IV. *Per consequens hominem in gratiam & spem boni absque satisfactione non recipit.*

V. *Hec autem satisfactio posulat ut peccatum juxta comminationem puniatur, atque legi obedientia praestetur.*

VI. *Hoc verò homo peccator suis viribus, ut Deus glorificetur, neque pro se, multo minus pro aliis Ps. XLIX, 8. praestare valet.*

VII. *Quare necessarium ut alius aliquis pro homine spondeat, & reddat Deo, quod homo injustè rapuit. Unde praestitâ vicariâ obedientiâ Deo jus restitutum, amicè conversandi cum peccatore reconciliato, illumque bonis suis mactandi.*

VIII. *Is verò, qui spondet pro homine, oportet sit* (a) *Ejusdem naturae, ut hoc vinculo cum genere humano conjunctus ejus redemptor existere queat, Hebr. II, 10-17. Gal. IV, 4. 5.* (b) *Insuper sanctus, justus. Quomodo aliàs nos sanctificare posset? Unde sequitur, Sponsorem, licet carnis & sanguinis particeps esse debeat, non tamen via ordinaria*

ex voluntate
sed extraor
Præterea
dum, quod
necesse. Ma
innumera p
itam acquir
impurorum
ture est.
IX. Jux
necessario
dum postula
commodè f
um Dei, na
Dei prædici
maginem re
fatus dicen
X. Præm
tione salutis
rum natura
constitutum
tionis opus,
sed ante ten
finitum.
XI. Con
ipso peccato
Dei, Pate
restitutioni
Gen. 1, 26. 1

ex voluntate carnis & viri in lucem edendum, sed extraordinaria, ut foetus sanctus esset. (c) *Præterea viribus polleat ad id omne præstandum, quod ad reconciliationem peccatorum necesse.* Maledictionem enim Dei ob peccata innumera perferre, superare, iustitiam perfectam acquirere, eamque ad sanctificationem impurorum applicare supra vires mera creatura est.

IX. *Juxta allata constat, quàm rectè imò necessario ad salutem hominum recuperandam postuletur* *Ordo spm̃s.* Quam personam commodè sumit secunda in Trinitate sive Filius Dei, nam ut per illum homines imagine Dei præditi creati sunt, ita per eundem ad eam imaginem renovantur, sicuti suo loco de his fusiùs dicendum erit.

X. Præmissis his plenius de Consilio Dei ratione salutis nostræ dicemus. Nihil est in rerum natura, quod non ab æterno, ut fieret, constitutum. Etiam gravissimum hoc redemptionis opus, non casu vel in tempore evenit, sed ante tempora secularia in Consilio Dei definitum.

XI. *Consilium autem hoc non captum cum ipso peccatore, nam hic nondum erat, sed solus Deus, Pater, Filius & Spiritus S. Consilium restitutionis formabat, ut prius creationis Gen. I, 26. Nulla persona excludi potest, quum*

omnium eadem voluntas & concurrant in opere redemptionis.

XII. *Consultanti Deo genus humanum ut per peccatum deperditum occurrebat, una eademque massa, non melior, non pejor hic præ illo. Tum Deus libertatem suam edocturus statuit quibusdam majorem, aliis minorem gratiam dare. Et quum illa tantò major gratia, imò κατ' ἐξοχὴν gratia, illi, qui minori utuntur, ut sibi relictæ in Scriptura proponuntur, Act. XIV, 16. 17.*

XIII. *Quibus minor gratia destinata, illis minimum lumen cognitionis Dei & perfectiorum divinarum, nec non officiorum erga Creatorem, proximum & seipsum exhibendorum concessum, Rom. I, 19. 20. II, 14, 15, Alioquin ab iis obedientia haud expectari posset. Quibusdam insuper lumen clarius in Lege & Evangelio fulgens datum.*

XIV. *Prout verò hæc gratia data utentur vel abutentur, ita eos judicandos esse statuit Deus. Rom. I, 28. II, 12. Quò majus lumen, major occasio, fortiora argumenta cultus erga Deum testandi data erant, tantò gravius judicium subsequetur, Matth. XI, 22.*

XV. *Quod autem attinet Electos juxta §. XII. eos multà gratiâ & misericordiâ complexus est Triunus Deus & verè consilium pacis de iis iniit.*

XVI. Et

Ca
XVI. Et
tur ut eos
misericordiâ
nam verò a
nam peccat
amiri haud p
sive FOED
catur volun
cda, Pf. X
Joh. X, 18.
& Pater D
aliquid præ
corus Deus
partibus fo
stipulation
filio prædic
ferunt.
XVII. N
stipulatus e
durima form
ret, Joh. XV
fiterer obedi
complexus
te maledict
nem auferr
4. quo sic g
XVII, 1.
XVIII.
servitus hæ
Pater Filio

XVI. *Et Pater quidem in Sacris proponitur ut eos tenerrimè diligens*, Joh. III, 16. misericordiâ complectens, Ephes. II, 4. *Quoniam verò absque læsione aliarum perfectionum peccatoribus hanc gratiam facere & iis uniri haud poterat, ideo cum Filio PACTUM* five FOEDUS iniit, Luc. XXII, 29. quod vocatur *voluntas*, Matth. XXVI, 42. eaque placida, Ps. XL, 9. Item *Præceptum Patris*, Joh. X, 18. Hinc Filius toties *Servus* dicitur, & Pater *Dominus* Jesu Christi, quæ pactum aliquod præsupponunt, nam aliàs naturâ Filius *verus Deus*, non servus est. Patet insuper ex partibus fœderis, stipulatione, promissione, astipulatione, restipulatione, quæ de hoc consilio prædicantur. Hæ verò partes fœdus constituunt.

XVII. *1. Stipulatio Patris.* Pater à Filio stipulatus est, ut occultata ad tempus gloria divina formam hominis & quidem servi assumeret, Joh. XVII, 5. Philipp. II, 7.8. eamque præstaret obedientiam, quam ii, quos tanto amore complexus est, præstare debuissent, atque morte maledicta commeritam eorum maledictionem auferret, Philipp. l. cit. Joh. X, 18. XVII, 4. quo sic gloria sua in iudicio exaltaretur, Joh. XVII, 1.

XVIII. *2. Promissio ejusdem.* Quoniam servitus hæc contemtissima, prorsus spontanea, Pater Filio eam subeunti promittit. (a) Fortem

assistentiam adversus omnes adversitates, Diabolum, mortem, Es. XLII, 1. XLI, 13. Psal. LXXXIX, 20. 27. (b) Acceptationem vicariae solutionis, propter quam ii, pro quibus solutio facta est, liberi habendi, Joh. XVII, 19. (c) Glorificationem, qua opere commisso praestito gloria aeterna modo clarissimo demonstratur Joh. XVII, 4. 5. Ipse ceu Θεός super omnia evehatur, Philipp. II, 9-12. Eph. I, 20-f. cum plena potestate ordinandi in Ecclesia, quod sibi videtur. Matth. XXVIII, 18. (d) Peculium Es. LIII, 10. ex Judæis & Gentibus Ps. II, 8. Es. XLIX, 6. 7. 8. quod ipsi Pater ex mundo dedit Joh. XVII, 6.

XIX. 2. *Astipulatio Filii.* Quandoquidem eadem Patris & Filii voluntas, hic ad postulatum Patris non poterat non astipulari, suscepit itaque libentissime servitium in forma humana Ps. XL, 7. 8. 9. ad expiandum peccata liberandum l. c. morte sua Joh. X, 11. 15. ut Pater glorificetur. Joh. XVII, 1.

XX. Ab hac astipulatione varia nomina sumit Filius. (α) *Sponsoris.* Nam spondet reddere id, quod à nobis raptum, quod alii nemini licitum Jer. XXX, 21. (β) *Mediatoris.* Medium enim se sistit inter Creditorem & Debitorem illi loco hujus sufficiens lytrum solvendo, 1. Tim. II, 5. 6. (γ) *Sacerdotis & victimae.* Hebr. VII, 26. 27. Joh. I, 29.

XXI. 7. *Restipulatio ejusdem* quâ bonum pro-

Ca
promissum
Assistentiam
tenebrarum
tionem vica
Ps. XVI, 9.
conditionib
4. (d) Sem
pro quo gr
ra Joh. XV
XXII. Q
du, eosdem
1. 2. Theff.
em ad cor
sufficiebat
erant à Spi
proponitur
mediate pr
Fili, Gal.
sua praestita
que mittent
26. XVI, 1
XXIII.
& Spiritus
vivit, non o
sed certi q
dam, non
Joh. XVII,
omnes vita
12. At pl
pro certis

promissum restipulatur. Restipulatur scil. (a) Assistentiam Joh. XI, 41. 42. maximè in hora tenebrarum Matth. XXVII, 46. (b) Acceptationem vicariæ obedientiæ, Joh. XVII, passim. Pl. XVI, 9. (c) Glorificationem sui, ceu qui conditionibus præscriptis satisfecit Joh. XVII, 4. (d) Semen pro labore suo Jes. XLIX, 4-8. pro quo gratiam Patris vi mortis suæ implorat Joh. XVII, 9. 11. 17.

XXII. *Quos Pater elegit, & Filio redimendos, eosdem Spiritui S. sanctificandos*, 1. Petr. I, 2. 2. Theff. II, 13. Eph. I, 4. *dedit*. Nondum enim ad communionem Electorum cum Deo sufficiebat redemptio. Iidem sanctificandi erant à Spiritu S. Unde sanctificatio in Sacris proponitur tanquam quæ ex morte Christi immediate profluit. Spiritus S. dicitur *Spiritus Filii*, Gal. IV, 6. ceu qui jus habet conditione sua præstita rogandi à Patre Spiritum S. eumque mittendi ad redemptos Joh. XIV, 16. 17. 26. XVI, 13. XVII, 17.

XXIII. *Ad illos, de quibus Pater, Filius, & Spiritus S. hoc ingentis gratiæ consilium iniit, non omnes & singuli homines pertinent, sed certi quidam.* Rationes (1.) Pater quosdam, non omnes, non mundum Filio dedit, Joh. XVII, 6. (2.) Quos Pater Filio dedit, illi omnes vitam hæreditant, nemo perit l. c. v. 2. 12. At plurimi eâ excidunt. (3.) Filius quoq; pro certis tantum spondit, se obtulit, Joh.

XVII, 19. X, 15. 28. 29. (4.) Pro quibus spondit seque obtulit, pro iisdem rogat Patrem. At rogat pro quibusdam Joh. XVII. *passim* exclusis aliis v. 9. (5.) Ad quos pertinet gratia hæc ingens, ad illos etiam gratia hujus præconium pertinet, nam nemo gratia particeps redditur, nisi qui illam fide recipit, fide autem recipere nequit, nisi de illa audiverit. At volente Deo gratia in Christo Jesu innumeris nunquam annuntiata. Non Gentibus sub V. T. Act. XIV, 16. Non Samaritanis Salvatore inter nos existente Matth. X, 5. Non Judæis & Gentilibus in plurimis locis sub N. T. Imò aliquando Spiritus S. in certis locis Jesum annunciare vetuit, Act. XVI, 6. 7. Conf. quæ cap. V. *de Electione particulari* scripsimus.

XXIV. *Vi pacti, quod Patri cum Filio intercessit, electi sunt semen hujus*, Eccl. LIII, 10. *Et quemadmodum naturalis Pater jus habet disponendi de hæreditate sua inter hæredes, ita Salvator*. Luc. XXII, 29. Tum verò Testamentum validum, est quando testator mortem obiit, Gal. III, 15. Sic hæreditas in morte Christi hæredibus rata reddita Hebr. IX, 15-18. Matth. XXVI, 28. Hebr. XIII, 20.

XXV. *Hæreditatem hanc constituunt, & vita æterna*, 1. Petr. I, 4. Matth. XXV, 34. *& reliqua bona morte Jesu Christi parta, quæ viam ad salutem consequendam faciunt* 1. Cor. I, 30. Tit. III, 5-8. Act. II, 33.

XXVI. *Ex dictis sequitur negotium salutis*
fœderis x̃iō habere, quatenus Patrem & Fi-
lium spectat: Quatenus verò nos, sumit x̃iō
Testamenti, quo hæreditas sanguine fœderis
 æterni acquisita ad nos transit. Unde fidelium
 ratione vita æterna ut donum, mera gratia, abs-
 que ulla conditione in Sacris proponitur. Hoc
 ipsum jam olim observarunt Cloppenburgius
 Op. T. I. p. 509. & Witius *Oecon. fœd. lib.*
 III. cap. 1.

XXVII. At dices: Deus ab æterno cum
 electis fœdus iniit, ut præstitâ resipiscentiâ,
 fide, sanctitate vitam haberent. Resp. (1.)
 Fœdus, quod his conditionibus cum electis ab
 æterno initum, nullibi traditur. (2.) Electi
 tum nondum erant, nondum ergo fœdus cum
 illis contrahi poterat. (3.) Hæc non sunt in viri-
 bus peccatoris nec ergo promittere valet. (4.)
 Salus hac ratione non esset ex gratia sed ex ope-
 re, & hinc debita. Ea tamen ratione, qua cum
 Christo ut capite nostro, bono & loco nostro,
 initum, etiam nostrum dici potest, & si fide Chri-
 sto inserti sumus, jus habemus bona fœderis ro-
 gandi.

XXVIII. At instas: Resipiscencia, fides, stu-
 dium sanctitatis toties tanquam salutis conse-
 quendæ conditiones necessariæ citantur. Ita est.
 Attamen non proponuntur ut conditiones vi-
 ribus nostris præstandæ, verum potenti gratia
 Dei ob meritum mortis Christi in nobis produ-
 cendæ,

cendæ Eph. II, 8. 9. 10. I, 17. 18. 19. quæ itaque ex consilio gratiæ & ex Testamento profluunt. Christus enim, ut ex supra dictis patet, morte sua electis Spiritum S. promeritus est, quem in eorum corda ad illuminandum, sanctificandum mittit. Hinc ubi purè absque schemate legali de officiis nostris secundum Testamentum æternum sermo est, omne Deo attribuitur, Ezech. XXXVI, 25-28. Jer. XXXI, 33. 34. Esa. LIX, 21.

XXIX. *Ex dictis elucet convenientia ut & disconvenientia status hominis sub lege operum & sub consilio gratiæ. Illa.* Eadem est utrobique causa vitæ, scil. δικαιοσύνη & νόμος; Idem quoque bonum vitæ cœlestis in communione cum Deo. *Hæc.* Ibi duæ partes Creator & Creatura integra. *Hic* Deus summè misericors, sanctus tamen, & Mediator. *Ibi* Creator legem fert Creaturæ integræ. *Hic* præceptum dat Mediatori. *Ibi* vita ex propria iustitia. *Hic* ex aliena, fide tamen à peccatore apprehensa. *Ibi* Legislator monstratam dabat ὑπεροχήν, sanctitatem, bonitatem. *Hic* insuper multivariam sapientiam in medio reconciliationis invento, absolutam libertatem, summam charitatem & misericordiam, intemeratam denique iustitiam.

CAPUT